

Providendum in bonitate electorum tuorum.
 ad letandum in leticia gentis tue ut
 lauderis cum hereditate tua.
Peccauimus cum patribus nostris iniuste e-
 gimus iniquitatem fecimus.
Patres nostri in egypto non intellexerunt
 mirabilia tua non fuerunt memores
 multitudinis misericordie tue.
Et irritauerunt ascendentes in mare:
 mare rubrum.
Et saluauit eos propter nomen suum: ut
 notam faceret potentiam suam.
Et increpuit mare rubrum et exsica-
 tum est: et deduxit eos in abyssis si-
 cut in deserto.
Et saluauit eos de manu odientium: et